



societati accommodatus? nam ut vita nostra acerba et minus  
 humana foret, si corporis nostrorum doloribus, qui in dies magis  
 ac magis accrescunt, nullis unquam remedijs occurreretur: ita  
 postquam illis occursum est, non potest non maximus honor atque  
 premium illis hominibus deberi, quorum studium est unquamq; in bo-  
 na corporis valetudine custodire ac conservare. Ex quibus or-  
 nibus neminem credo esse, qui non intelligat, quam utiles,  
 quam fructuosos, quam salubres, quam salutarios, sicut generi  
 humano medici. Propterea quis illos non omnibus laudibus  
 tantis dignos censet? quis eos contemni, despici, illud impune per-  
 iuratur? etenim si Hercules, Theseus, alij immortales si sibi peperer-  
 unt gloria, quod humana quoddam aliumq; loci monstra intereme-  
 runt: si plurimum profuisse scribuntur, atque in eternum laudan-  
 tur, qui sese conuulsos atque prostratos patriamq; mel liberauerunt,  
 quanto magis medici prodiis sunt, et in caelo uisendi,  
 qui in dies mortalium genus a validissimis morborum incursi-  
 bus propugnans atque tuentur? et si Tullio celeste in eis quod  
 speramus nobis profuturum, non dubitamus officia conferre, quae  
 eis in eis existere debemus, qui modo profundam aut iam  
 profuerunt? si senatus Romanus anseris publicis stipendio ali-  
 bus, quod Capitolium a Gallorum impetu clangore et stragite  
 liberasset, quam gratias nos esse conueniet in eis, qui corpora  
 nostra curant, tuentur et pascunt? Quamobrem, ut si quis